Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Delineatio pandectarum - Cod. Ettenheim-Münster 76

[S.l.], [18. Jahrh.]

Liber 2

urn:nbn:de:bsz:31-108646

Visual Library

Tit. 5. et 6.

Lib. 1. De statu hominum. Item de his, qui sui &c.

Hos duos etiam titulos prosecuti sumus in inst. l. 1. t. 3. et seqq. usque ad 9num inclusive

Tit. 7.

De adoptionibus et emancipationibus et aliis modis quibus pot. solv. potestas.

De hoc videantur, quae diximus l. 1. inst. t. 11. et 12.

Tit. 8.

De rerum divisione

Vide quae in d. inst. l. 2. t. 1. circa hanc materiam exposita sunt

Caeterum reliquos hujus libri titulos cum obsoleti sint, praeterimus.

Liber 2

Lib. 2 Tit. 1.

De jurisdictione

Q. 1. Quid sit jurisdictio? R. est potestas publica in causis controversis cognoscendi, judicandi, judicatumque exequendi. Consistit itaque haec potestas in statuendo et statuto exequendo

~~Q. 2. Quotuplex sit? R. duplex~~

Q. 2. An judex pedaneus olim habuerit jurisdictionem? R. Neg; quia qui jurisdictionem habet non tantum potest judicare sed etiam sententiam suam exequi, quod tamen judici pedaneo non concessum erat, l. 50 ff. de re judicat.

Q. 3. Quomodo dividatur jurisdictio? R. solet dividi in jurisdictionem simplicem, et imperium, et hoc rursus in mixtum et merum imperium ita ut sint 3. species jurisdictionis, imperium scilicet merum, mixtum, et jurisdictio simplex l. 3. et 4. ff. h. Quamquam fatendum sit, quod simplex etiam jurisdictio aliquid ~~mix~~ saltem mixti imperii annexum habeat.

Q. 4. Quid ergo sit jurisdictio simplex? R. quod sit causae cognitio absque coercitione, et executione, et adeoque quod sit aliquid separatum a mero et mixto imperio, sed

tamen non tali modo, quasi sine modica coercitione, id est imperio consistere posset, sed quod sit tertia species à mixto, et mero imperio realiter distincta.

Q. 5. Quid sit mixtum imperium? R. est potestas coercendi, et causarum civilium executio; ~~consistit~~ ~~ita~~ Dicitur ideo imperium, quia in coercitione et executione consistit, dicitur mixtum, quia coharet jurisdictioni ad eam tuendam, l. 1. §. ff. de offic. ejus cui mand. Competit omni magistratui licet non quilibet possit omnibus modis coercendi uti, Struv. h. thes. 63.

Q. 6. Quid sit merum imperium? R. Est potestas gladii ad animadvertendum in homines facinorosos. idque usurpatur circa causas criminales, habetque tres gradus, ~~de quibus~~ primus est, quo vita: secundus, quo civitas adimitur: tertius, quo delinquentes leviùs coercentur. ~~de quibus~~ de quibus in l. 1. decret. t. 32.

Q. 7. An possit mandari merum imperium? R. neg. ex l. 1. de officio ejus C. nisi aliquando in causa absentiæ. d. l. 1. in princip. Equidem potest cognitio de crimine rectè mandari, sed nunquam merum ipsum imperium, l. 6. ff. de offic. procons.

Q. 8. Quomodo jurisdictio in genere sumpta dividatur? R. variè. 1. ~~est~~ in voluntariam et contentiosam, illa exercetur inter partes consentientes, uti in emancipatione dispensationes, absolutione; hæc verò in invitos datur, ut sententiæ executio C.. 2. in ordinariam demandatam seu delegatam, et prorogatam. Ordinaria habet quilibet judex ordinarius, seu qui jure suo ea ~~exercet~~ fungitur. Demandata, verò, qui non proprio nomine ac officio, sed alieno, eam exercet. Ethic non potest alteri rursus eandem demandare, l. 9. ff. h.. Demum prorogata dicitur, quando partes litigantes sponte se alterius judicis jurisdictioni subiicient, l. 1. et 2. C. de judic.

Q. 9. Annon et aliter dividatur jurisdictio? R. quod sit alia civilis, qua exercetur in causis civilibus, et alia criminalis, qua locum habet in criminalibus, illa ad mixtum, hæc ad merum imperium pertinet

Q. 10. Quibus et quomodo quis jus dicere potest, qui jurisdictionem habet? R. Cui jurisdictio concessa est, si-

Lib. 2

mul ei omnia sunt concessa, sine quibus jurisdictio exerceri nequit, l. 2. ff. h. Interim nunquam quis sibi, nec uxori, nec liberis, nec iis, quos secum habet, jus dicat, l. 10 ff. h. nec unquam supra modum suae jurisdictionis, neq; ~~vel~~ extra territorium, l. fin. ff. h.

Q. 11. An Senatui Academico merum imperium competat? R. affirm. & ex authent. Friderici super Habita C. Ne fil. pro pat. et est communis opinio usu recepta. Ex qua authent. consequens est, quod si quidam Scholaris, v.g. tempore vacationum delinquat alibi et a judice loci apprehendatur, nihilominus ad suum ~~magistrat~~ rectorem magnificum proclamare, et a ab eo avocari possit

Neq; obstat text. in l. 1. C. ubi de crimin. agi oport. ~~ubi~~ in qua cavetur, quod aliquis in loco commissi delicti forum sortiatur, nam haec l. procedit nisi delinquens ex speciali privilegio suo determinato foro munitus fuerit.

Q. 12. Quomodo alterius jurisdictio dividatur? R. in realem, et personalem: prior est, quae cum re, cui inharet, v.g. castro vel territorio conceditur; Posterior vero, quae ipsis ostribus personae cui concessa fuit inest. In dubio tamen jurisdictio potius realis, quam personalis praesumitur Widm. h. n. 133

Q. 13. Quae sit altima jurisdictionis divisio? R. in suprema et absolutam, quae nullum superiorem nisi Deum agnoscit, et altera subalternam, quae suprema et absoluta subordinatur. Suprema Ecclesiastica residet in Romano Pontifice; Secularis in Imperatore intra Romanum Imperium, extra illud vero in regibus, et ducibus C superiorem non recognoscentibus

Q. 14. An sunt Pontifex, vel Imperator in propria causa dicere possint? R. affirm. idq; non ex alia causa quam propter judicis superioris defectum, cum inferior magistratus in superiorem nullam habeat jurisdictionem aut potestatem l. 4. ff. h. Cautius tamen fecerit princeps, si causa sua decisionem arbitrorum fidei commiserit.

+ jus sibi

Lib. 2

Tit. 1.

Quod quisq; juris in alterum statuerit, ut ipse eodem jure utatur

Q. 1. Quotuplex sit hujus edicti caput? R. Duplex. Prius concernit Magistratum, qui novum, id est iniquum jus contra leges receptas statuunt l. 1. §. 1. ff. h. v. g. si Magistratus concedat alicui debitori coram se convento immunitatem, ne vel in perpetuum, vel ad tempus à suis creditoribus conveniatur, quod tunc hoc jus etiam propriis magistratus debitoribus conventis adversus ipsum in judicio postulantibus indulgeri debeat; æquum quippe est, ut Magistratui idem jus dicatur, quod ipse antecedenter aliis dixit Widm. h. n. 3.

Q. 2. An etiam contra assessorem ex hoc edicto agi possit? R. affirm. si ejus non tantum dolo, sed imperitia jus aliter dictum fuit, quam oportuit, adeo, ut si ob assessoris imperitiam, à judice iniqua sententia lata sit, ea non judici, sed soli ipsi assessori noceat l. 2. ff. h.

Q. 3. Quid sit ~~hujus~~ alterum hujus edicti caput? R. illud concernit eum, qui jus iniquum postulavit et impetravit. v. g. cum debitor impetraverit, ut suo creditori ~~usque ad~~ ante quinquennium e. g. solutionem ~~differre possit~~, prestare non teneatur; nam si iste impetrans etiam debitores habeat, illi eodem jure naturali ratione sic postulante utentur adversus ipsum impetrantem, d. l. 1. §. 1. ff. h.

Tit. 3.

Si quis jus dicenti non obtemperaverit.

Hic titulus inquit Bejer. desinit definentibus actionibus popularibus, et differentia Magistratuum majorum et minorum, et suppetunt hodie longe potentiora remedia adversus contumaces, quam actio penalis, quæ ex hoc edicto conceditur, puta personæ arrestatio, incarceratio, denegatio audientiæ in aliis, mulctatio, rei sequestratio, missio in bonorum possessionem &c.

Tit. 4.

De in jus vocando

Lib. 12

Q. 1. Quid sit in jus vocare? R. ~~Jo~~ Nihil aliud est quam juris experiundi causa ad eum vocare, qui jus dicturus est, l. 1. ff. h.

Q. 2. Quomodo fit in jus vocatio? R. Hodie jussu Judicis per nuntium publicum fit citatio, qua moneturur Adversarius ut ad diem certu veniat

Q. 3. Qui possunt citari? R. Qui non prohibentur, Prohibentur autem aliqui in totum, et aliqui nisi ~~certo modo observato. Inter~~ in quibusdam casibus, sic Sacerdotes citari prohibentur, dum sacra faciunt, l. 2. ff. qui equo publico in causa publica transvehuntur d. l. 2. ff. h. Qui uxores ducunt, aut quæ nubunt. Judices dum de causa cognoscunt, qui funus ducunt familiare, d. l. 2 ff. h.

4 ut infantes furiosi C l. 3. ff. h.

Q. 4. Quomodo citatio fiet, si quid movendum adversus furiosos, impuberes, ~~et puberes~~? R. Si hi habeant tutores vel curatores, illi sunt citandi. Si iis sunt destituti vocandi sunt proximi ex consanguineis, ut prospiciant illis de curatoribus ad lites. Id autem si ab iis negligatur, curatores ad litem constituere potest judex, l. 1. l. 2. §. 3. ff. qui pet. tut. Puberes tamen, si non habeant curatores, ipsimet sunt citandi, ut legitimè compareant, et sibi petant curatores

Q. 5. An quidam sint, qui non possunt citari nisi certo modo? R. Affirm. Sic parentes citari nequeunt nisi impetrata venia Prætoris, l. 4. §. 1. 2. et l. 6. 7. 8. ff. h.

Q. 6. Num debeat citari, qui ~~iam~~ præsens est judicio? R. Causa audire quidem tenetur, sed non cogitur respondere, idque tempus deliberandi ipsi petenti negari nequit arg. c. 2. de dilat.

Q. 7. Quam formam habeat omnis citatio? R. Continere debet 1. Nomen judicis, vel cognoscatur an sit competens, et an jusserit. 2. Nomen citandi. 3. Nomen citantis. 4. Causam. 5. Coram judicem. 6. Diem ac terminum ad comparendum.

2.8. Quid si vitiosa sit citatio? R. Ea nullius est momenti. Interim si comparaat citatus omne vitium purgatur, dato citato deliberandi spatio.

2.9. Quis insinuat citationem? R. Nuntius publicus ex consistorio judicis, cujus relationi creditur, quo ad ipsam insinuationem, non autem quo ad ulteriora.

2.10. Quomodo illa insinuat? R. si fieri potest, praestat, ut personae ipsi insinuatio fiat, alias fiet ad domum scil: uxori liberis &c, et si domum intrare ingredi nequeat, affiget citationem januae, vel etiam porta civitatis, quo casu quo eam ~~ing~~ intrare prohibeatur

2.11. Qui sint effectus citationis? R. In realibus rem facit litigiosam Nov: 112. c. 1. interrumpit praescriptionem 30 ann. l. 3. l. 4. §. 5. C. de praescript. 30 ann. operatur denique praeventionem, c. propositi de judic.

Caterum adhuc plura alia de cit. videri poterunt. in l. 2. decret. t. 3. §. 2. item t. 8. de dilationibus et t. 9. de feriis

§. 5.

Si quis in jus vocatus non ierit &c.

2.1. debeat ne vocatus in jus necessario venire? R. R. Vocatus ab eo qui jurisdictionem habet, comparere debet. l. 2 ff. h. alioquin accusatur de contumacia nisi ex rusticitate emanserit l. pen. §. 1. ff. h.

2.2. Quid si putet se vocatum ~~ab~~ ad incompetens ~~judice~~ forum? R. allegabit causam coram judice, ut is cognoscat an sua sit jurisdictio.

§. 6.

In jus vocati, ut eant vel &c.

Titulus iste obsoletus est.

Tit 4.

Ne quis eum, qui in jus vocatus est vi eximat.

2.1. Qua actio detur contra eum, qui in jus vocatum eximit? R. in factum, qua petitur, non quantum damni actor verè est passus, sed quanti ea res, de qua controversia est ab actore fuerit aestimata, l. 4. §. 1. l. 5. §. 1. ff. h.

2.2. Quid si plures exemerunt? R. Datur hoc judicium in singulos, et nihilominus, qui est exemptus, manet obligatus, l. 4. §. ff. h.

Lib. 2.

Tit. 8vus ~~qui satisdare cogan~~

Qui satisdare cog; vel juram. &c.

De hoc titulo egimus in inst. l. 4. t. 11.

Tit. 9. 10. et 11

Isti tituli hodie vix ullum usum habere videntur.

Tit. 12.

De feriis et dilationibus

De feriis tractabimus in. l. 2 decret. t. 9.

De Dilationibus verò, t. 8.

Tit 13.

De edendo

Q. 1. Quid sit edere? R. est copiam sive exemplar documentorum ~~vel libellum~~, quibus ~~quo~~ quis intentionem suam complexus est, ~~dare~~ dare vel dictare.

Q. 2. Cui actio edenda est? R. Vocato in judicium, ut sciat an contendere, an verò cedere velit. l. 1. ff. h.

Q. 3. Qui edere debeant? R. Ordinariè actores l. 1. 4. fin. C. h. Non autem rei quia qui accusare vel agere volunt, probationes habere debent; cum neque juris, neque æquitatis ratio permittat, ut alienorum instrumentorum inspiciendorum potestas fieri debeat; actore enim non probante reus, etsi nihil ipse præstet, absolvitur, l. 4. C. h. l. 7. C. de test.

Q. 4. Quibus edendum sit? R. Reis, non verò actoribus. Excipe 1. nisi quis conscripserit, rationes, instrumentave ex officio, cujus ministerium publicam habet causam, l. 4. pr. et §. 1. ff. h. tales sunt actuarii, scribæ publici, et similes. 2. Nisi quis administraverit alterius negotia, quales sunt procuratores, socii, tutores. 3. Nisi comunia sint instrumenta l. 7. C. h. 4. Nisi sit amissum instrumentum, l. 6. §. pen. ff. h.

Q. 5. Quomodo edantur? R. Non sunt particulæ sed tota edenda, l. 1. §. pen. ff. h. vid. Scotan. h. q. 10.

Tit. 14.

De pactis

Iste titulus ~~[illegible]~~ exponitur in jure Can. lib. 1.

Tit. 15.

De transactionibus

Et hunc titulum ~~[illegible]~~ exponemus in eodem lib. 1. Decret.

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch
Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST